

illo, in loco nuncupante illo, super fluvio illo, hoc est mansos tan[⁹tos cum domibus, aedificiis, curti-] || feris, cum uadis, capis, terris tam cultis quam incultis, silvis, pratis, pascuis, communiis, perviis et mancipiis ibidem commanentibus vel aspicientibus his nominibus, vel quantumcumque in ipso loco vestra fuit possessio vel dominatio, nobis ad ipsum iam dictum monasterium ad opus sancti illius tradidistis atque transfirmastis; sed postea vestra fuit petitio et nostra non denegavit voluntas, ut ipsas res, dum diu advixeritis, usum fructuarium vobis ex eis prestetissemus ad habere; quod ita et fecimus. Et pro ipso usu censistis nobis annis singulis denarios tantos, ut ipsos ad festivitatem sancti illius, die mensis illius, exsolvere faciatis, et si de ...⁹].

Bl. 6^r 6. Traditio cui qualibet homini

Latores legum sanxerunt, ut, qui de iure proprio alicui aliquid tradere voluerit, hoc coram plures testibus per scripturarum seriem firmiter faciat obligare, ut in evum et inconvulsum valeat permanere. Idcirco ego in dei nomine ille venerabili viro illo. Dono siquidem tibi per hanc cartolam traditionis sive per fistucam atque per andelangum aliquam rem meam in pago illo, in loco nuncupante illo, super fluvio illo, hoc est mansos tantos cum hominibus ibidem commanentibus vel aspicientibus, cum terris arabilis, silvis, campis, pratis, pascuis, vel quicquid in ipso loco mea fuit possessio [vel dominatio; in ea vero ratione], ut ab hac die hoc habeas, teneas atque possideas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam in omnibus habeas potestatem. Et si quis deinceps, quod futurum esse non credo, si ego ipse, quod absit, aut ullus quislibet de heredibus seu alia quaelibet extranea persona, qui contra hanc traditionem a me sponte factam temerare aut eam calumniare praesumpserit, ipso cui litem intulerit, inferre temptaverit^{c)}, exsolvere faciat dupliciter, quantum eo tempore ipsas res valere dinoscitur, et quod repetit, nullo modo evindicare praevaleat, sed magis praesens traditio tam a me quam ab aliis bonorum hominum manibus roborata, quorum nomina vel [signacula subter tenentur inserta, omni tempore firma et stabilis permaneat, cum stipulatione interposita diu -]

Bl. 7^r || turnum tempus mane[at incon]vulsa¹⁰⁾.

7. Libellum [dotis.]

Dulcissima atque amantissima spon[sa] mea nomen illa [ego in dei] nomine ille. Igitur du[m taliter] apud pares vel parenti[bus nostris] utrisque partibus conpl[acuit no]bis atque convenit, ut e[go] tibi solido et denario secu[ndum le]gem salicam desponsar[e deberem;] quod ita et feci. Simil[iter con]placuit atque convenit, [ut de re]bus proprietatis me[ae tibi ali]quid in dotis titulum [condona]re deberem; quod ita [visus sum] fecisse. Idcirco per han[c cartolam], libellum dotis, sive per fis[tucam atque] per andelangum dono ti[bi dona]tumque in perpetuum esse vo[lo, id est] in pago illo, in loco nu[n]cupante illo

Bl. 7^v super || fluvio illo, hoc est mansos [tantos c]um hominibus ibidem com[manen]tibus vel aspicientibus, [his nom]inibus illos vel illas, [cum

c) Der Text dürfte etwa, wie folgt, zu emendieren sein: aut litem inferre temptaverit, ipso cui litem intulerit ...; vermutlich wurde der Schreiber durch ein zweimaliges litem irregeführt.

⁹⁾ Vgl. *Form. Sal. Lind.* 4.

¹⁰⁾ Vgl. *Form. Sal. Lind.* 6.